Dyalogus singularissimus & perutilis Viri excellentissimi dñi simphoriani lugdunen. in magicarũ artiũ destructionem cũ suis anexis/de fascinatorib⁹ de incubis & succubis/& de demoniacis/p fratrẽ Symonem de Ulmo sacre pagine doctorem & ordinis minorũ fideliter correct⁹. Est qʒ dyalogus liber In quo aliq̃ simul de aliqua re cõferẽtes differentesqʒ introducuntur.

ce livre est imprimé avant 1504 parceque
il en est parlé dans une lettre de cette année
qui est a la teste d'un des livres de l'autheur
intitulé De quadruplici vita — lugd 1504



¶ Dyalogus simphoriani Chāperij Lugdunēsis In magicarum artiū destructionē cū suis ānexis. Estqȝ dyalogus/liber in quo aliqui simul de aliqua re cōferentes/disserētesqȝ/introducuntur.

¶ Simphorian⁹ chāperi⁹ Andreas botinus.

TE precor obseruātissime preceptor modo petitioni mee condescendito.

¶ Simphorianus.

Quid postulas o andrea

¶ Andreas.

Ego quidem o suauissime magister cū diu optaui res hoīm actusqȝ videre. Itaqȝ cū de facinatoribus quibusdam vulgus susurrare nō cesset. Qua in hūc tuū occursum duco michi cōmodissimū Nam cū res hūanas probe teneas eas michi ostendas velim.

¶ Simphorianus.

O andrea ad me venias plane dic michi queso si pulcrarum litterarū ludo indulges.

¶ Andreas

Ipsum colo.

¶ Simphorianus

Probe inquit facis: si hanc tuā pulcram iuuentā virtutibus et scientiis adornare conaris: sed quā disciplinarum profiteris: an grāmaticā/rethoricā/poeticam.

¶ Andreas

In his non ampli⁹ versor: aliquā sum versatus meū

siquidem nūc studiū circa phīam intentū est. Hoc se-
pius audiui ⁊ verū est. Ut agricole steriles agros
colendo feraces faciunt: ita ⁊ steriles adolescentum
anīos curant philosophi: ⁊ ad scdam pbitatem eue-
hūt. Hinc singularem fiduciā in te meā conieci.

¶ Simphorianus

Haud possum alia negocia me vrgent meaqꝫ pntiā.

¶ Andreas.

Non potes o doctor optime hac cautela iure tuū mi-
chi negare obsequiū. Itaqꝫ te rogo vt nō desis huic ī-
probo meo desiderio. ꝙ si me deseris a cecis differam
nichil.

¶ Simphorianus

Res ista sine meo magno malo ꝙ fieri posset. Ego
non video. Tu puncto tpis ea putas videre: posseqꝫ
intueri longiori opus est die. In his tn̄ difficultatibꝰ
maiori meo cū periculo morem tibi gererē. Verū q̄d
sit opus facto iam aduertamꝰ. Tu queso dic quē ani-
mum habes?

¶ Andreas

Bonum te scꝫ tribuente litteras discere.

¶ Simphorianus

Bonum certe ⁊ id optas?

¶ Andreas.

Vel maxime.

¶ Simphorianus.

Malles tn̄ modo aliquo: cū alia adolescentū turba.

¶ Andreas.

Imo dicendo & audiendo. Nam puerilium iocorum cõsuetudinem non habeo: neqꝫ me oblectant quicꝙ.

Simphorianus

Quid ergo.

¶ Andreas.

Liber ac litterum studia.

¶ Simphorianus

Id profecto in iuuene laudabile multum: ingenuãqꝫ adolescentis indolem demonstrare videtur. Te ergo in rationalibus disciplinis mediocriter sentis eruditum.

¶ Andreas

Aliqꝑtisper periculum fac: & vbi minus male sensero: ego libens ferule manum subdo.

Simphorianus.

Haud male ais diligentius igitur attende.

¶ Andreas.

Hoc tuo prospice ingenio: nam huius rei causarum nihil noui ĩ huiusmõi refacias q̃ potiora putas. Ego vero (vt lex exstat) tacitus sedens que iusseris parebo. Nos nostrum negocium persequamur.

¶ Simphorianus

Appagesis. Nam te ab huiusmodi cura leuabo

¶ Andreas.

Effare propositum deniqz ostendito michi morbum quem (Ut dicit Acron sup artem poeticam oratii) quidam demoniacum: nonnulli comitabilem alii. Aquarium vocant: quem morbum apulegius/ et celsus/ auriginem et auriginosum hoiem: dicunt. Plinius/ Horatius/ Varro/ regium appellant alii icteron: et ictericum hoiem ut macer et iuuenalis satyra sexta. Co̅sulit icterice lento de funere matris.

Simphorianus.

ET est antiqui non pauca de magica arte fascinatoribus atqz demoniacis dixere Andrea inclite. Attamen ego quoqz id oneris sumpsi: duplici quidem ratioe impulsus. Primum ut tue et aliorum memorie consuleretur: facilius enim percipiu̅tur et fidelius co̅tine̅tur quecu̅qz dialogice patefiunt: postremo ut diuersoru̅ dicta breui colligerent. His itaqz visis explanationem aggrediamur in qua eu̅ ordinem obseruabimus ut primu̅ magicam artem explicemus. Deinde magicam artem iuxta theologicum ritum diuidemus. Deinde de fascinatoribus iuxta artium ritum declarabimus nouissimo regium morbum quem demoni/

acum vocant paucis explicemus. Nunc ad rem.

Magus persicum vocabulum est: non vero a magis deducit (ut aliqui volunt) sigificatqz sapientem Sic em̄ perse magos vocant ut egipsii prophetas/ latini sapiētes/ indi/ gimnosophistas/ greci philosophos et assirii caldeos a regiōe chaldea asie/ in qua est babilon urbs. Hii omnes syderorum obseruatis rationibus predicere futura solebant. Sed potissimum apud persas deorum cultui vacabant: preces illis: ac vota: et sacrificia offerebant: de deorum substantia: et generatiōe disserebant: signa/ statuasqz reprehendebant: improbabant illorum errores: qui discerni deos sexu: et feminasqz maresqz inter eos esse affirmabāt dicebant rerum oīm: totiusqz orbis imperium penes deos esse aerem plenuz esse domonibus: gerebant cādidas vestes. Auri cultum: usumqz prohibebant. Solo pane: olereqz: et caseo vescebantur. Lectum terram habebant. Arundinem pro baculo gerebant. Duo apud eos principia erant bonus demon: et malus. Sed postea: intantum aucta est magorum vanitas: ut non solum obseruatiōe syderum futura predixere: sed artibus quibusdam: et rerum et verborum maleficiis: et scire se oīa: et facere posse profiterētur.

Ab iis incantamento reperta/ab iis diuinatio inuen/ta hoc est necromantia: que fit per cadauera: Ut mortuus apud lucanū suscitatus euentum belli pharsa/lici Sexto pompeio perduxit ⁊ germātia diuinatio que fit per signa quedam tumultuarie in terra facta siue per spersas harenulas aut terrarum hiatus

¶ Pyromantia diuinatio que fit per ignea: dum at tendimus: quid fulgur: quid fulmen: q̄d alia queuis ignea potestas significet.

¶ Aeromancia: que fit per aerem Ut pote per auiū volatum: gustum causatumue aut himbrium: Uen/torum grandinūq; insuetas procellas. C. portio et M. attilio consulibus: lac ⁊ sanguinem pluisse com/pertum est: quod significas anno sequenti Urbem ro mam inuasuram ⁊ ingentem pestilentiam.

¶ Chiromātia diuinatio que fit per inspectionem linearum quibus hoīm manus diuidūtur: hinc phi/thonici qui ⁊ euthei dicuntur: hoc est deo pleni qui ap pollinis spiritu repleti oracula prebebant.

¶ Hydromantia: que fit ex aqua: quemadmodum Uarro prodidit puerum vidisse cum aqua effigiem

mercurii: que centum quinquaginta versibus omnem Mithridatici belli euentum pronunciauit. Magiam azoreastre persa primum inuentam affirmauit: quem sex milibus annorum fuisse ante Platonis mortem. Eudoxi testimonio Plinius affirmat: sed hoc erroneum est cum deus mundum adhuc non creasset

¶ Caput secundum primi tractatus.

¶ Andreas.

Memini me alias audiuisse diuinandi duo esse genera nature vnum alterum artis.

¶ Simphorianus

Si verum dicis. Nam diuinandi teste Cicerone duo sunt genera Nature vnum Alterum artes Nature autem furorem habet et somnium. Furor est quo perciti aut sacerdotes aut alii futura predicunt hic autem nunquam fallit: quia a spiritusancto est. Aut a demonibus prouenit: qualia fuerunt oracula ammonis aut

appollinis aut reliquorum. In quibus nonnunquam luduntur homines. Somniandi species apud aliquos quinque sunt somnium: visio: oraculum: insomnium: aut phantasma: quod tulius visum appellat. Duo autem ultima interpretatione non egent: quia nichil diuinationis apportant. Est enim quotiens oppressi animi corporisue aut fortune incomodis qualis vigilantem fatigauerat: talem se ingerit dormienti animus Letus enim animus leta videt: mestus mesta: aut deceptus in somno contraria sic corporis qualitatibus. Nam cum cibo remotoue grauati sumus: aut suffocari aut exonerari videmur. Si vero inanes cibo potuue simus: aut desiderare aut inuenisse videmur. Fortune etiam potentia aut minui aut augeri putamus. Dicitur autem insomnium non quia accidat per somnum: sed quia in ipso somno tantum est. Cum autem corporis humorum quies est: ut neque bilis in nobis: atrabilis: non pituita: non sanguis exuperet: aut degrauet. Neque rursus aut crapula aut vino opprimatur. Neque rursus cibo potuue egeat natura. Aut postremo nulla perturbatione prematur anim9: nulla re augatur: nulla letitie exultet: nichil timeat: nichil concupiscat. Tunc mens ipsa nostra: que diuina est ab omni contagione corporis soluta et

per somnū libera in suam naturaȝ reuersa: potest ex diuinitate sua futura preuidere (vt volunt) ⁊ aut aperte preuidet: vt cum aperte aliquid aliquis loquēs nobis vera predicit: ⁊ hoc oraculum appellatur. Aut in somnis aliquid videmus: et eodem modo quo apparueras euenit: ⁊ hec visio appellatur. Aut nōnūꝗ videmus quidem futura in somno: sed quibusdā figuris inuoluta atqȝ contecta quemadmodū filia polycratis samii que per quietem viderat patrem polycratem a ioue lauari: ⁊ a phebo vngi. Quod ita euenit. Nam cruci a prefecto perpis affixus ⁊ in patibulo relictus est: ac mox eius cadauer pluuia lautū: deinde a sole pingui resoluto perunctū est predixit ergo somnium: sed ea obscura atqȝ abdita fuerunt: ergo quinqȝ visionum sunt species quarū due in somniū et phantasma false sunt vt oracula autē visio ⁊ somniū vere (vt volunt) Ars autē apud priscos habuit: aruspicinam: auguria: astrologiam: ⁊ sortes Aruspicina aūt ab anima ⁊ inspiciēdo dicit. Continet in se exta: fulgura: ⁊ ostenta de quibus. In nostre phisices tractaculo sufficienter dictum existit Plinius artem hāc magicā oīm artiū fraudulentissimā esse asserit: miratqȝ quomodo in toto terrarū orbe plurimis seculis valuerit idqȝ ob eam causam putat accidisse:

ꝙ sola artium tris alias iniuriosissimas humane mentis cōplexa in se vnam redegerit Aristoteles veritatis indagator: ⁊ ea tm̄ credens que vel cōprehendi sensu: vel probari ratiōbus possint: hec oīa irridet falsaqꝫ existimat et zoroastrem: quem hui⁹ artis inuentorem fuisse vulgus existimat: ex interpretatione noīs ipsius astrorū fuisse cultorem affirmat. Plinius natam ex medicina eam affirmauit: ac specie salutari irrepisse vel vt altiorē: sanctioremqꝫ ꝙ medicinam ita blandissimis: desideratissimisqꝫ premissis addidisse vires religionis: ad quā maxime alligatur genus humanū: post hec miscuisse mathematicas artes nullo non auido de se futura sciēdi: atqꝫ ea e celo verissime peti credenti: ita possessis hoīm sensibus vinculo intm̄ fastigii adoleuisse: vt in magna humanarum gentium parte preualuerit. Et sic multum glorie fuerunt cupidi. Sed quid et qualis est hec gloria. Nam si horatio credamus puluis ⁊ vmbra sumus: ⁊ sicut frondes que decidunt putrescunt. sic ⁊ homo. Quid autem voluptatis afferent nobis postꝙ decidimus renascentes flores. Nos vero vbi decidimus redibimus nunꝙ: nihilqꝫ hic perpetuum videmus. Quid ergo tales gloriantur cum in puluerem cum ceteris reuertantur. Sciant magicas artes quid demon proficere cum ad inferos tendāt. O tēpora perdita. O labores inanes. O ingenia in musicis captandis occupatissima. O mores corruptos.

O viros infortunatos heu heu flere. Nam frauda nū. Sed nolite viri. Artes magicas spernite reuer titeq̈ refulgite illos qui interp̄tant: vt breui tp̄e feli citati acquiratis. Jam ergo rem scđam aggrediamur

¶ Caput primū: ꝛ scđs tractatus.

Andreas

Denuncies michi morbum quem fascinationē nō nulli vocant.

Simphonianus

Tibi fili de fascinatoribꝫ declarabo. Quis in hoc pri mū poete q̄d tandē medici astrologi. Quid postremo theologi sentiant aperiam

Adreas

Nunc ad rem pergas vt summū bonū assequamur ne more pecudum viuentes: frustra lucem editi vi deamur.

Simphonianus.

Fascinatio (vt aliq̄ poete volunt) est mor bus qui ex spiritu fascinātis p̄ oculos fa scinati ad cor ipi⁹ ingresso peruenit spiri tus enī a cordis calore ex puriori sangui ne generatur. Tales aūt sunt in nobis spiritus: qua lis est sanguis humor Spūs aūt similes sibi radios p̄ oculos quasi p̄ vitreas fenestras emittit. Cor enī suo perpetuo quodā motu proximū quidē sanguinē agitans ex eo spiritu: in totū corpus perq̈ꝫ illos lumi nū scintillas p̄ mēbra diffundit quidē singula p̄ ocu los aūt maxīe ad altissimas p̄tes cum sic leuissimus

maxime euolat spiritus eiusqz lumen per oculos cū perspicui maxime: ac nitidi sint maxime emicat. Nam ꝙ aliquod lumen in oculis sit: ptz ex eo ꝙ quorundam brutorum oculi in tenebris micās: Ut in bubonibus fascinãt (ut alii volunt) dicitur cum oculorum: aut verborum: aut alicuius alterius rei male: maleficio homines ita ligãtur: Ut liberi non sint nec mētis compotes: sepeqz ad extremã matrem deueniant. Virgilius nescio quis tenero oculus michi fascinat agnos. Non ergo mirum si patefactus ⁊ in aliquem intentus oculus radioꝝ pro suorum aculeos in aduersos oculos iaculatur: ⁊ vna cum aculeis qui spirituū vehicula sunt sanguineum illum vaporem quem spiritum noīamus inuehit hic violentus aculeus diuerberat oculos et cum a p̄cutientis corde incitatur percussi p̄recordia quasi regionem ꝓpriam repetit: ⁊ cor vulnerat: neqz ei⁹ duriori dorso he besi[illegible] Redit in sanguinē: peregrinus hic sanguis ⁊ cum ab eius qui sancius est alienus sit: sanguinē eius ꝓpriū inficit: infectus aūt sanguis egrotat: hec egrotatio apud poetas festinatio est: ꝙ idcirco magis nocet teneriori etati: qz illius corda cū molliora sint min⁹ resistūt feriēti: ⁊ magis ledūtur. Nō ergo mirū si oculus radioꝝ suorū inficiat. Refert enī aristoteles veritatis indagator mulieres mēstruo affectas intuitu suo speculum sanguineis guttis sepe fedare. Est enim vapor sanguinis: sanguis quidem tenuissim⁹ qui aspectum fugit oculorum: sed in speculi superfi-

cie factus crassior iam apparet. Hoc rariori aut mi-
nus tersa materia non efficitur: quia in ea penetrat
aut dissipatur radius. Sed insurgit dubium quare
mulieres cum sint ita venenose non inficiant seipas.
Respondetur quia venenū non agit in ipsum: sed be
ne in alius obiectum vel dicitur ꝛ melius quia mu-
lieres consuete sunt in tali materia: ergo eis non no-
cet. Dicit enim albertus: ꝙ quedam puella que ad eū
ducebatur colonie comedebat omnes araneas ꝛ fuit
sibi cibus aptissimus: ꝛ aristoteles de regimine prin-
cipum ad alexandrum de puella que nutrita fuit ve
neno ꝛ a rege indie alexandro missa fuit. Plinius et
etiam gellius affirmant in affrica familias quas-
dam esse teste Memphodoro ꝛ ysogono: quorum lau
datio ne intereant probata: emoriantur infantes: are
scant arbores Idem feminas quoqꝫ que vbiqꝫ dupli
ces pupillas habeant visu effascinare: plinius affir
mat feminas esse in illiriis ꝛ tabalis que visu effa-
scinent: hec sunt illi que poete sentiunt.

¶ Hec est prima pars huius libri.

¶ Incipit pars secunda.

¶ Caput scdm̄ secundi tractatus.

Andreas.

Hortor te mi preceptor vt q̄d in hoc philosophi mediciq; sentiant aperias. Nam sepius audiui & sic in re est: philosophi fallere non norunt.

Simphorianus

Fili vt philosophorū ac medicorum dicta intelligas necesse est vt accidentia animi intelligas q̄ passiones appetitus interioris nūcupātur vt sunt. Timor/audacia/spes/desperatio/gaudiū/tristitia/ira/verecūdia cogitatio/intentio/ymaginatio/fides/opinio/ratiocinatio/& vt iste passiones intelligātur aliqua sunt notanda. Primo notandū est ꝙ iam de ymaginationibus cōcūctis cū passiōe appetit⁹ quā de ymaginationib⁹ sine illis passiōib⁹ appetitus cōiter cōcessi sunt duo modi q̄bus alterāt corpus ꝓpriū primus modus trāsmutatiōis accidētis in corpore ymaginā̄t (cōiter cōcessus est ꝙ ex natura rei spēs caliditatis et ymaginatione est productiua caliditatis & species frigiditatis productiua sicut lumen est calefactiuū & hunc primū modum colligim⁹ ex aristotele: libro de causa mot⁹ aīaliū sic dicēte ad litterā. Alterāt enī fantasie sensus & meditiōes: sensus enī statim sunt alterationes quedā existentes fantasia aūt & intelligētia hn̄t rerū vtutē. Aliquomō enī spēs intellecta calidi aut frigidi aut delectabilis aut tristabilis talis existit qualis quidem & rerum vna queq;. Nota scdo modū

secundū q̄ est p̄ motū spūs ad intus vel ad extra vel ad determinatū mēbrū. Nam in gaudio spiritus pel luntur extra: ⁊ ideo extrema calefiūt. In timore spi/ ritus retrahūtur ad intra ⁊ infrigidant̄ extrema: et in quibusdā passiōibus fiūt simul cōtrarii quodāmo do motus vt moueatur spūs extra ⁊ intra vt in pas/ sione q̄ vocat̄ arabice/elen/⁊ in verecundia: ⁊ simili ter cōtinuata forti ymaginatiōe ⁊ cogitatione spūs/ mouent̄ ad cerebrū ⁊ in hoc modo motus cōtingit cor pus aut calefieri aut infrigidari aut subito aut pau latimus.

¶ Alius est modus imitationis: a passionibus vel accidētibus aīe non ita ab oībus cōcessus ⁊ est pp̄ter vtutē quā videtur habere similitudo rei ad trāsmu/ tandū humores tum motu locali tum motibus alte/ rationis sicut dicit̄ ꝙ ymago existens in muliere ho/ ra casus spermatis in matricem mouet ita mestruū vt fiat fetus inde tam in figura quam in colore si/ milis rei ymaginate sicut habetur in quodam passu biblie de iacob qui ponebat duas virgulas duoꝝ colo rum super fontem: ⁊ inde oues bibendo illorū colorū retinebant similitudinē in virtute brutali ymagina tiua ⁊ q̄n veniebant ad generationē cum arietibus remanebat illa similitudo duoꝝ colorū in ipsis oui/ bus quā ymaginationē fetus generati erant duorū colorū talia ponit de lyra super illo passu Geñ ponit etiam ꝙ quedā matrona nobilis in ptibus hyspanie habebat fortem ymaginationē tēpore generationis

6

super quadam corea ethiopum depicta in camera seu super directoriu; aut iuxta lectum & presertim super quodam magno ethiope in illa chorea depicto que matrona tpe partus peperit puerum similem ethyo/pi magno depicto in chorea: nato itaq; puero singu/lisq; credẽtibus ipam matronã cum aliquo sclauorũ sarracenie concubuisse: aut carnalem copulam ha/buisse cum natus nulli parentum assimilaretur de/creuerunt iusticie administratores de cõcensu etiam habito parentum & mariti ipsam post releuationem partus que cõmuniter in vnius mensis spacio com/pletur esse cõburendam: ante tamen hui9 iusticie ad/ministrationẽ seu executionẽ vocati fuerũt quidam sapientes ex quoꝝ numero vnus petiit vt locum cõ/cubitus videret quo viso perpẽdit generationẽ illam factam fuisse fortitudine virtutis ymaginatiue di/xitq; illum magnũ ethyopem nati esse patrem addu cens biblie textũ in loco allegato qua deductione au dita liberata fuit matrona a cõbustione. Item sicut ymaginatio vehemẽs ad res rubeas & eoꝝ intentus mouet sanguinem vel fluat & ex hoc capite graciosi medicoꝝ pueros in principio variolarũ cooperiũt ru/beo & de hoc auicẽna scda primi capitulo de hiis q̃ ꝓue niũt ex accidantibus aĩe dixit ita. Et iste quidẽ sunt res quas hoĩes credere abhorrẽt q̃ difficilis dispositio nis esse nõ mouerũt habitudines: illi vo q̃ sapiẽtiã di ligunt non negant eas queãdmodũ negant rem que esse non potest.

¶ Ad hanc materiam reducuntur multa que tan/
guntur ab aristotele princeps philosophorum septi/
ma. Probleumatum vt est congelatio dentium: vel
stupor qui accidit: quia videmus alium comedentem
res acres.

¶ Alius est modus quorundam antiquorum philoso/
phorum qui posuerunt intelligentiam lune regere quat/
tuor elementa: et posuerunt quamlibet intelligentiam esse
et presidere in toto suo celo et in ambitu sui celi et in omni
bus contentis infra vsque ad centrum terre et animas ho
minum mediante vehementi ymaginatione coniungi in/
telligentie lune per vehementem et fortem ymagina/
tionem: et inde est quod aliquando homines acquirant magna que
desiderant si intelligentia lune influat: que omnia sunt
absurda: quia sepe per ymaginationem humores in corpo/
re humano alterantur: vnde sequuntur aliqua incommo
da vel que videntur esse stupenda: et hoc aliquando accidit
in animalibus de virtute ymaginatiua sicut superius di/
ctum existit de iacob. Ex quibus clare multa in istis
inferioribus contingere propria rerum natura non pro/
ueniente ab influentia ipsius inteligentie lune.

¶ Alius est modus factus ab astrologis quibusdam
vt si fiat oratio aut cogitatio pro salute aut morte
alicuius obseruatis constellationibus quibusdam aut
proportionatis aut benignis merito dispositionum

acquisitarū in natiuitate aut oppositū. Unde petrus
de ebano alias cōsiliator differētia.1.o 13. dixit se exp
tum esse orationē ad deum factā conferre pro scien-
tia acquirenda capite existente in medio celi cū ioue
et luna eunte ad ipm̄ et hoc est ꝙ reges greci obserua
bant cum volebant in suis petitiōibus audiri Ut ait
Albumasar in sadan non est ergo incōueniens apud
istos q̄uis sit apud nos existente ymaginatione for-
ti tanq̄ copulata cum influentia astrorū illum influ
xum fortificatori vel illum per talem ymaginatio-
nem fieri paratiorē ad influxū in bonū vel malum
disponentē recipiēdū. Et ex hoc capite cum hiis que
ab astrologis dicuntur de ymaginatiōibus videtur
non esse incōueniens apud ipsos aliquem esse hoīem
per solam sui presentiā alteri⁹ infortunatiuū aut for
tunatiuū nā vt volunt si ymago aurea ꝓpter sculp
turam factā in certo tēpore cum quibusdā cōstellatio
nibus recipit influxū per quē multos mirabiles effe
ctus producit ad fortunādū vel sanādū a certis mor
bis vel contraria faciendum multo magis (vt vo-
lunt) homo q̄ est vera ymago alterius ⁊ intus ⁊ ex-
tra potest tales influxus aut fortunatiuos aut infor
tunatiuos recipere: Unde (vt volunt) consortiū ma-
le fortunatorū est fugiendū ⁊ fortunatorū capiendū
nō solum in armis vt innuit Cicero in orōne pro pō-
peio sed in medicina ⁊ in aliis artibus ꝑcipue ad rem
publicam ꝑtinentibus ⁊ si ista cōsideras habes viā
ad saluandū scđm ipos fascinationes alio modo quā

superius fuerit dictum. Tales tñ opiniones nõ sunt multũ recitande nisi breuiter. Nam isti astrologi q̃ busdam veris multa falsa miscuerũt: sic tales opi/ niones non sunt tenende sed improbande in presenti materia. Considera tñ scdm ipos modũ alterationis ymaginũ quas isti astrologi faciũt: ⁊ videbis etiam de ymaginatiõibus fascinatorũ ⁊ de causa quare qui dã hoc sufficiũt facere: q̃dam nõ. Item quare pluries in psonis pauci valoris hec inueniat̃ q̃ȝ in sapiẽtibus Et licȝ hec opinio astrologoꝝ falsa sit tñ a doctis nõ negat̃ quin homo natus sub tali influẽtia habeat a/ liam inclinationẽ quã alius sub alia influẽtia natus ne tamen tollatur liberũ arbitriuȝ dicimus cum pto lomeo vir sapiens dominabitur astris.

¶ Alius modus potest trahi ab auicẽna sexto natu ralium parte quarta capitulo quarto ⁊ videt̃ sic vel le dici. Quelibet humana aĩa corpore sano existente sufficit ĩmutare materiã corporis proprij qꝛ sibi dñã/ tur: ergo anima hũana nobilis ⁊ fortissima propter cõstellatiões poterit trãscendere ad operãdum in cor/ pus alienũ per solam ymaginationẽ sine alio medio Istud posset cõfirmari per experientiaȝ fascinatorũ qui per solam ymaginationẽ fixam possunt (vt ipse vult) alienũ corpus alterare ⁊ sic vult ↄcludere q̃ȝ so la ymaginatio generat casum. Et licet hec materia a contradictione possit deffendi dicemus ymagina/ tione non agere posse in corpus alienum ⁊ qui tenet contrarium videtur insaniam pati in fide christi.

Tamen dici potest ymaginatiõem posse immutare materiam corporis proprij. Nam vt vult albertus ymaginatio lepre generat lepram. Hec sunt andrea mi que sentiunt philozophi medici astrilogiqȝ de fascinatoribus.

¶ Caput tertium terty tractatus.

¶ Andreas.

Recte iam concipio ⁊ videor michi plane intelligere quid philosophi astrologiqȝ de fascinatoribus intelligant. Aperi modo quid theologi de hac re concluant.

¶ Simphorianus.

Fili mi ea que petis difficilia sunt. Nam vt docet illarius forma fidei certa est: nullus ergo homo ĩ materia fidei ex proprio sensu aliquid audeat asserere quod non sit a sanctis doctoribus approbatum. Ne ergo errare valeam ea precise que a doctoribus affirmantur ⁊ ab ecclesiã approbantur tm̄ assertum esse volo.

¶ Andreas.

Rem ergo prosequere. Nam nichil melius esse puto: qꝫ deum vniuersorum ⁊ maximũ bonum cognoscere: cognitum amare: ⁊ semper sibi presentem memoria reuocare: rem ergo quam cognoscis illi gratã prosequaris.

❧ Simphorianus.

Dixi mi: ꝙ plurimi sunt fascinatores qui dicunt se ad demoniaca sabbata nocte ire vel a demonibus deportari: Ubi multitudo magna quāqз conuenit ⁊ homagium faciunt dyabolo. Scias ꝙ demon multas illusiones causat in sensu interiori sic ꝙ illud quod est in sensu interiori credunt esse in exteriori sensu propter humores agitatos a demone in sensu interiori: Unde sepe est ⁊ credo sepius ꝙ tales sic delusi se existimant ire nocte cum demone corcare cū mulieribus commisceri bibere ⁊ manducare aliquos ledere vel occidere intrare caueas ad hauriendum vinū dyabolum sub aliqua figura in posteriori dato osculo venerari ⁊ talia hmōi quorum oīm nihil iure est: sed istorū habet fantasiaз delusam a demone eis tales spiritus ⁊ fantasmata offerendo quod facere demon potest faciliter ⁊ sic delusi interius nō semel tm̄ sed plures se existimāt fecisse multotiens ꝙ solum cum fantasia receperūt assati pueri quos se dicūt torruisse ad ignem et aliqñ dicunt pueros a lateribus matrū accepisse ⁊ quod illos reportauerūt ad suas matres qui in crastino rubei in pelle ⁊ corpore calidi graui infirmitate vexati moriebantur: dicitur ꝙ hoc a naturali causa prouenit ⁊ ꝙ puer infirmetur ex alia causa naturali et ꝙ cācer vultū inficiat: tēpestas segetes destruit ⁊ sic de alijs: ⁊ tm̄ hoꝝ oīm eodē tēpore euenerūt: quia

demon fantasmata fantasiis obicit in eodem tēpo/
re ex quibus iudicāt hoc fecisse ꝙ per fantasmata vi
derunt hee autem sunt cautele dyaboli que sepius
ab hominibus ignorantur. Item tales mulieres vel
viri dicūt se talia mala supradicta fecisse ꝗ realiter
euenerūt ꝑ liquores pulueres pilos vngues simula
cra ꝗ apud illos reposita inueniūtur. Ex oībus istis
supradictis pure confitētur se fecisse mala super qui
bus interrogati sunt testes asserentes hoc idem reali
ter esse verum ⁊ est vox vulgi ꝙ hec mala fecerūt ⁊
mala illa in re esse reperiūt ⁊ instrumēta malefico/
rum reseruata ab illis in secretis suis inueniuntur.
Ex q̄bus oībus colligitur ꝙ rei sunt maleficorū de
quibus accusantur ⁊ legalibus penis sunt adiciendi
Item ex istis plures sunt qui dicunt se adinuicem vi
disse coreasse ⁊ carnaliter cōmisceri ⁊ vnus de alio ⁊
econtra se vidisse testatur ꝗ omīa vidētur falsa: sed
decepti sunt ⁊ credunt sic esse extra intellectum que
sunt in sola virtute ymaginatiua. Item aliquādo cre
dunt esse cum aliis hoībus qui sunt cum demonibus
et sic falso accusant alios hoīes innocētes ab hoc ma
leficio vt ptz de beato germano q̄ hospitatus in quo
dam loco cum post cenam mensa iterum pararet: ad
miratus interrogat cui denuo prepararent. Cui cū
dicerent ꝙ bonis illis mulieribus ꝗ de nocte incedūt
preparent. Illa nocte sctūs germanus statuit vigila
re. Et ecce vidit multitudinē demonū ad mēsam in
forma hoīm ⁊ mulierū venientem. Qui eis precipiēs

ne abirent: cunctos de familia excitauit inquirens si personas agnoscerent. Qui cum omnes vicinos suos et vicinas esse dicerent: misit ad domos singulorum demonibus precipiens ne abirent Et esse omnes in suis lectulis sunt inuenti. Adiurati igitur se demones esse dixerunt qui sic hominibus illudebant habes ergo deceptionem dyaboli circa homines: et ideo potest concludi quod quamuis aliqua mala et dampnosa faciant tamen plura falsa confitentur quam vera cum princeps eorum sit auctor mendacii Quapropter summa cum diligentia: iudex debet talium causas subtiliter examinare. Et utrum intra delusiones tamen: vel etiam extra male operati fuerint debet caute indagare. Et sunt docti in theologia probique viri magistri ad hec speculabilia conuocandi qui in philosophia eruditi sunt et qui in theologia docti speculatiui qui doctrinam gentilium: in oratoribus et fidelium orthodoxorum in sanctis doctoribus didicerunt: et est etiam conueniens ut periti medici ad inspiciendas tales personas conuocentur ut per inspectionem complectionis et ex iudicio somniorum et aspectu corporis an fantasia lesa signa protendat falsitatis. Si lesi tamen cum cerebro inueniantur: illis subueniendum est per medicinam. Et debent amoueri salubriter per suos confessores ut talibus apparitionibus non credant. Debent de eis confiteri et penitentiam agere salutarem: et est subueniendum illis per exorcismos ecclesie: et per orationes proborum Debent summopere doceri in fide: et ostendendum est illis quanta cautela demon nititur deludere cunctos.

Ex his infero quasdã cõclusiones ad maiorẽ doctri-nam de talibus habendam

¶ Prima ɔclusio nihil potest demon sup hoiem figmentis non credentẽ. Probatur ɔclusio nõ plus sunt nec maioris efficacie operatiua figmẽta dyaboli ꝙ sacramẽta saluatoris xpi: sed sacramẽta legis xpi non operãtur aliud vt habeãt efficatiã aliquã nisi in virtute fidei ergo nec ex figmentis dyaboli. Ideo concludas ꝙ omĩa mala talia ꝓueniũt ex defectu fidei ⁊ signũ est qm̃ nunꝗ talia reperiũtur in dictis viris nec litteratis: sed in hoĩbus pauci valoris.

¶ Secũda cõclusio demon nõ põt habere efficatiã artis magice nisi supra hoiem minus de deo cõfidentem. Ista põt extrahi ex augustino et habetur in decreto. xx. q. v. c. nec mirum.

¶ Tertia cõclusio poterit homo a talibus liberari per ordnes elemosinas per cõfessionẽ a peccatis p ieiunia auxiliãte deo ptꝫ quia potentia dei excedit oẽm intelligentiam

¶ Quarta cõclusio Ea q̃ p substãtias spũales fiũt per virtutẽ nature dissolui non pñt qꝛ maior est potẽsta ꝫ substãtiaꝝ separatarũ ꝙ aĩaliũ nõ enĩ est ptãs sub celo potestati demonũ vt scribitur Job. xli.

¶ Quinta conclusio dissolui potest maleficiũ separate substãtie per aliã substantiã separatã puta p bonũ angelum ⁊ scd̃m aliquos etiã potest dissolui p maleficium qui arte demonis ordinis superioris vtitur.

¶ Sexta conclusio potest etiam dissolui maleficiũ

demonis per exorcismos ecclesie ex virtute rei signi ficate scz passionis xpi.

¶ Septima cōclusio: falsum est illud q aliqui di/cūt q fel canis nigri destruit maleficiū dyaboli et eti am q iouis barba comesta cū aliis oleribꝰ tollit ma/leficiū et multa alia dicta que vident̄ falsa et erronea nam substantia incorporea non subicitur substantie corporee.

¶ Vltima conclusio nō cures de fascinatoribꝰ et vi uas scdm legem statutā. Omīa que a catholicis po/nuntur credas: et sic nulle mulieres in tribalis et illi/ris existentes que (vt volunt) visu effacinant tibi nocebunt.

¶ Simphorianus.

Vides fili nos declarasse de fascinatoribus materiā respirandū Igitur nobis modicū est: modicaqz inter/iecta quiete resumendi erūt labores. Tu ad me redi/to q̄ primū voles: et me minus occupatum senseris.

¶ Andreas.

Redibo o preceptor.

¶ Caput primum tertii tractatus.

¶ Andreas.

ENūcies michi quid spiritum quem in/cubū succubūqz nōnulli nūcupāt. Denū cies deniqz morbū aliū quidā demonia/cū nōnulli aquariū alii melācoliā vocāt Ex his nāqz multa dāpnosa in hoc sensibili circulo eueniunt rem ergo prosequere.

¶ Simphorianus

Spiritus illi demones appellantur q̇ in celo ad oīm opifice creatos: qui de celi sublimitate deiecti partim in terre infimo: partim in hoc aere veluti cōgruo sibi carcere dānati sunt nocēdi semper cupidi: a iusticia alieni: supbia tumidi: fallacia callidi: inuidentia liuidi: humana qnq̄z corpora ingredientes: vel viuētia adhuc: vel iam mortua: ⁊ sub humana specie mō ineūtes mulieres: qui incubi dicūtur modo se viris subiicientes: qui vocātur succubi Incubus ab incubando dictus est eo ꝙ appareat phātasma graue incubare hoīm in somniis ac si cum eo cubaret ꝙ phātasma homines dormiētes scdm plurimū reputant esse demonem qd̓ forte aliqn̄ est veruz sed nimis post aduentū saluatoris xp̄i cum antea cum hoībus magis cōuersarent̄. Et ideo notandū est scdm beatū thomā in prima parte sue theologie ⁊ augustinū vbi de ciuitate dei reperiūtur demones qui dicūtur incubi ⁊ succubi vnde iunio vnus ⁊ idez est incubus postea succubus vnde demon aliqn̄ suscipit formā quam ex aere cōficit: colorem eīn suscipit per multā condēsationē sicut aqua per cōgelationē. Assumit ergo formā alicuius mulieris cū aliquo viro cōsuete ⁊ cū illo succubo vir coit putans coire cū muliere cuiꝰ formam demon absumpsit: cum demon sit succubus in modū mulieris ⁊ et recipit sperma quod conseruat: factus postea incubus accipiens formam viri alicui mulieri consueti: ⁊ secū cōies interdū ipam impregnat nec est dicendum

inde genitum esse filiū demonis sed viri cuius sper/
ma recipis qd postea in matrice iniecit sicut nec im/
pregnata in lauello scdm quod recitat Auerrois peperit
filius lauelli: sed eius q spermatizauerat in lauello
et hoc modo affirmant doctores fuisse genitos gigā/
tes quorum maior copia fiūt añ diluuiū quam post. Apud
medicos tñ incubus accipitur pro opilatione vel pro
actionibus lesis scz p motu: anelitu: et voce: et sic diffi
nitur ab auicēna prima a tertio tractatu. vi. capitu/
lo. i. sic incubus est egritudo ī qua homo sentit cū in/
greditur somnū phātasma graue sup se cadens et cō/
primens ipm et angustatur eius spūs et intersecatur
vox ipi⁹ et motus ei⁹ et fortasse prefocat propter prio/
rū opilatiōes et cū ab ipo separatur excitat eū subito est
quidem egritudo qr sensibiliter ledit opatiōes. Sen
tit aūt homo cū somnū ingredit phātasma graue ca
dens sup ipm et cōprimēs ipmqz phātasma scdm plu
rimū existimat esse demonē ppter opinionē vulga/
riū quod demones nocte ambulent et cū hoībus cōiungā
tur ipos ledentes. Illud enī nocumentū pceptū facit
hoīem iudicare. Si vero nō esset opinio de hmōi de/
monibus existimaret esse aliud graue alterius ge/
neris. Virgilius tñ. xii. eneidos loquēs de turno op/
time incubū diffinit in his versib⁹. Ac veluti in som
nis oculos vbi languida pressit. Nocte quies: neqc/
quā: ambos extendere cursus. Velle videmur et in
mediis conatibus egri. Succidim⁹ non lingua va/
let non corpore note. Sufficiunt vires: nec vox nec

verba sequūtur. Cura huius infirmitatis si naturaliter proueniat et non a demone. Curatur sicut epilepsia et propterea intētiōes posite a practicātibus vt ab alnaldo de villa noua/girardo de solo/filonio/tornamira/petro ebano/ganerio/gordonio/serapione/silano/guillermo de saliceto/et aliis practicātibus in capitulo de epilepsia sunt querende. Ex eis tamen que optime cōferūt sunt grana peonie scdm ↄtinuitatem sumpta et sic habes fili de incubo tam naturali q̄ a demonio.

Capitulum scdm tertii tractatus.

A Demone demoniacus dicitur. Quidam etiam demoniū pro demone scripserunt. Quidam etiā comitalem morbum p demoniaco scripserūt. Plinius regiū morbum eū appellat. Auicēna aūt prima tertii sub melancolia cōprehendit dicendo sic ad litterā. Et quibusdā medicorū visum est q̄ melancolia cōtingat a demonio Sed nos nō curamus cū phisicam docemus: si illud a demonio cōtingat aut nō cōtingat postq̄ dicimus: qm̄ si cōtingat a demonio sufficit nobis vt cōuertat cōplectionē ad colerā nigrā: et sic causa ei9 ppinqua colera nigra. Deinde sit cā colere illi9 nigre demoniū: aut nō demoniū. Ex causis vo fortib9 in gn̄atiōe melancolie est supfluitas tristicie et timoris. Hec sunt vba auicēne ad litterā habes ergo: qm̄ auicēna nō negauit: qm̄ melancolia aliqñ a demone. Sed vt ma

iorem cognitionē habendā de malis ⁊ bonis angelis Notandū est ꝙ differētia est inter cognitionē intellectus diuini ⁊ intellect⁹ hoīs ⁊ intellect⁹ angelici. Nā intellect⁹ diuinus q̇ est actus purus oīa cognoscit cognoscendo se ita ꝙ nichil tanꝙ principales obiectū intelligit extra se: Vilesceret enī si ita cognosceretꝫ extra se Vt habet. xx. methaphisice cognoscit ergo seip̄m primo ⁊ pricipaliter ⁊ cognoscēdo se cognoscit ꝯsequenter oīa alia a se. Intellect⁹ noster hꝫ se opposito mō qꝛ alia intelligēdo se intelligit. Intelligit ergo alia prīo ⁊ pricipaliter ⁊ aspecto recto seip̄m aut ex ꝯsequēte intelligit ꝑ lineā reflexā. sꝫ intellect⁹ āgelic⁹ tenēs mediū inter ista nec se intelligit ꝑ alia: nec alia ꝑ seip̄m intelligit enī se ꝑ essentiā eo ꝙ est rediēs ad seip̄m reditione cōpleta: alia vo intelligit ꝑ spēs ⁊ similitudines eoꝝ de q̇bus dicit auctor de causis ꝙ intelligētie sunt plene formis. Habet enī cognitionē ꝑfectiorem quā hō: ideo cognitiōe sua multotiēs hoīes decipit nō mireris: ergo si hoīes ꝙ̄plurimi a demone vexenī tā ꝓpter defectū fidei ꝙ̄ ꝓpter pctī enormitatē vt ꝓpter supbiā vt ptꝫ de Saul de quo habet. reg. xv. ad quē dn̄s dixit. Dū esses puulus ī oculis tuis cōstitui te regem sup populuꝫ meū israel Sed postꝙ̄ supbus ⁊ inobediēs fuit voci dn̄i nō soluꝫ abiect⁹ fuit a regno sed etiam spiritui maligno traditus qui eum exagitauit propter peccata sua. Ergo quando quis nimis superbe se ornat causa alliciendi queꝙ̄ vel superbiendi ex permissione diuina talis supbus possidetur quādoqꝫ

a demone: q2 oe̅s superbi sunt sub dominio dyaboli. Job. xli. Ipe ē rex sup oe̅s filios supbie. Signa aūt demonis ī melancolico nulla sūt nisi q dicat aliqua que añ nesciebat sicut si loquere̅t litteraliter aut hyspanū aut theutonicū aut scd̄m alios ydioma quod prius nesciebat aut sciat aliqua oculta q̄ verisimiliter scire non debet. Unāq aristoteles probleumatū xxx. pbleumate. i. hec oīa resoluat ī melancoliā naturalem inq̄t enī ex melancolia quidam facti sunt sicut diuini predice̅tes futura. Et exe̅plificat de sybilla ē bachide ē q̄dam facti sunt poete sicut malanchi⁹ syracusanus ē recitat cōsiliator ibidem se habuisse a medico fideli q quedā mulier illiterata dum ee̅t melancholica latinū cōgruū loquebat̄ qua sanata locutio illa litteralis euanuit: ē multa etiā similia in nostris tpibus referūtur. Et nouissime nostris tpibus vt a quibusdā percepi fuit padue quedā mulier noīata augariel de qua mirabilia predicātur. Ego vero adhere̅s veritati fidei christiane credo sybillam et ophteam esse prophetissam ē de xpo pphetizasse ē malanthiū syracusanū q̄ post numerat⁹ est inter poetas credo ante maniā nō fuisse expertū poesis verū post maniā subtilius fuit humiditatibus cerebri ei⁹ ingeniū hebetātibus resolut(: nō enī credo ex sola melancolia hmōi posse cōtingere sed ex cōiunctione angeli vel demonis cū aīa humana. Et sic hi effectus non solum in vnū egritudinis ē causas resolue̅di sunt naturales: sed in causas sup naturales scz in demones.

aut angelos qui cum aīa humana cōiūgunt cui opi/
nioni cōsentit auicēna prima tertij ꝛ quarta septi na
turaliū ꝙꝙ astrologi hos effectus in causas celestes
referant ut apparet tertio quadripartiti: ꝛ in centilo
quio. De bachide aūt multa poetice referūtur qbus
non leuiter credendū est. Si vera sint que medicus
fidelis retulit petro de hebano de illa muliere q̄ pri⁹
illiterata facta maniaca cōgrue loquebat qua sana/
ta locutio litteralis euanuit manifestū est ipaz fuis
se demoniacā similiter dici potest de muliere pataui
na q̄ noīata est augariel a nomine demonis a quo
vexabatur. Sed tibi consulo ut in similibus non fa
cile credas: homines enim huius potestatis plerūqz
sunt mendaces ducti quadam magna ꝛ inusitata pre
dicandi. Ego enim a viro doctissimo sui tēporis per/
cepi ꝙ a. xxv. anno sue etatis citra fuerat diligens
horuz inquisitor nondū vidit aliquos effectus quos
non potuerit in melancoliam referre. Ego enim in
episcopatu limonicensi vidi hoīem se demoniacū fin
gentem qui ad quendā curatum templi aīetis demo
niacos aiurātem ꝑgerat sic ut in ecclesia obscurato
iam sole curatus corpus nostri saluatoris supra ca/
put illius mali hominis imposuerat ut perciperet
an talis foret maniacus an demoniacus: ꝛ ecce vir il
le inicus qui subito ad modū lapidis in terram ceci/
dit sic ut omnes illum videntes putarent mortuum
post deniqz surrexit fere ille mortuus: videas ergo

quomodo hoies plerūqȝ sunt mendaces ducti quadā malicia ⁊ auiditate magna ⁊ inusitata predicādi nō ergo de facili talibus credas. Nam petrus de ebano qui fuit oīm rerum inuestigator non dicit se hec mirāda vidisse sed audiuisse ⁊ forte Aristoteles cū multa talia audiuisset ⁊ nō videns tēpore suo aliquid qd̄ non posset in causas naturales resoluere: ideo oīa talia in ebrietatem ⁊ melancoliā resoluebat: vt in longo processu ptȝ tertio probleumatū probleumate primo. non tamen nego quin possint esse demoniaci Nā legitur luce. xi. Mathei. xii. Erat iesus eiiciens demoniū ⁊ illud erat mutum: ⁊ marci vltimo. Signa aūt eos qui crediderint hec sequētur. In noīe meo demonia eiiciēt ꝙuis per demonia aliqui peccata mortalia intelligant: etiā magister sententiarū in scd̄o dicit ꝙ solus deus menti humane illabitur: sed dyabolus ingreditur corpora solum per effectuȝ malicie quod probat auctoritate gregorii ⁊ bede refert gregorius in primo libro dyalogoꝝ ꝙ quedā mulier in tuscia nuper nupta cum ad dedicationē ecclesie beati sebastiani ab aliis inuitata esset in ipa nocte qua sequēti die ire debebat carnis voluptate scimulata a viro suo se abstinere non potuit: facto autē mane: magis erubescens vultum hominū ꝙ dei illuc profecta est. Mox aūt vt oratorium vbi erant reliquie sancti sebastiani ingressa est: dyabolus eam arripuit ⁊ coram oībus vexare cepit. Tunc presbyter illius ecclesie pallam altaris arripiens: inde eam operuit: sed dya-

bolus statim ipsum presbyterum inuasit. Duxerunt eam amici sui ad incantatores vt suis incantationi-bus dyabolum effugarent. Sed mox vt incantare-tur iudicio dei legio demonū id est sex mille sexingē-ti sexagintasex in eam ingressi ipam acrius vexare ceperunt. Quidam aūt vir noīe fortunatus sanctita te conspicuus suis precibus eam sanauit. Non nega mus ergo quin sint vel possint esse demoniaci et plu res creduntur esse qui vere sunt maniaci quā q̄ sunt demoniaci. nec veniunt demoniaci nisi forte miracu lose: miracula enī non fiunt nisi propter infideles et non sunt multiplicanda miracula absq̃ necessitate multa alia circa hanc materiā possent dici que causa breuitatis relinquūtur. Ideo istis non facile credat: nam dn̄s eiecit dyabolum primo de celo propter sup-biam. Unde ezechielis. xxviij. cherub peccasti: ꝛ ideo eiecite: scd̄o eiecit eum de mundo per suaz gloriosam passionem: Unde iohānis. xij. dicit̄ nunc princeps mū di huius eiicietur foras. tertio eiecit eum de corpori-bus obcessorum vt habetur luce. xi. per miraculoꝝ operationem. quarto eiecit eū de aīabus peccātibus ꝛ hoc per spiritussancti gratiam ꝛ virtutem: Unde dici tur luce. xi. In digito dei eiicio demonia. In virtute spiritussancti Unde istud miraculum quod fecit deus in corporibus obcessoruz facit quotidie in aīabus pec catorum Eiiciamus demonū ꝛ operatōes illius scz peccatū a cordibus nostris scz p caritatē per bonaz ꝛ cōtinuam operationem per elemosinarum largitio-

nem: per ieiunium ꝛ orationem: per dn̄ice passionis re cordationem per veram ꝛ integram ꝛ lacrimosam cō fessionem: per veram ꝛ sinceram fidem: spem: atqꝫ caritatem eiiciamus: ergo demoniū per ista a cordi- bus nostris. Nam deus solum respicit corda hoīum propter ipsius cordis nobilitatem. Nam scd̄m aristo telem tertio de aīa: cor assimilatur celo in quattuor. primo in principio ꝛ fine: quia sicut celum est prīci- pium ꝛ finis motus oīm generabiliū ꝛ corruptibiliū et in ei⁹ oriente est principiū motus ꝛ in eius occiden- te finis. Ita cor est principiū motus rarefactiōis ver sus circūferentiā ꝛ finis eiusdem versus centrū per condensationē. scd̄o in cōcauitate ꝛ gibositate: quia si cut celum est cōcauū versus speram actiuorū ꝛ passi uorum ꝛ gibosum versus circūferentiā supremā con nexam. Ita cor dicitur concauum versus centrum et gibosum versus circūferentiam cōnexā. tertio in mo tu ꝛ quiete: quia sicut celum mouet̄ scd̄m partes ꝛ se- cundū se totū quiescit octauo phisicorū. Ita cor scd̄m se totū dr̄ q̄escere ꝛ scd̄m ptes moueri versus centrū p cōdensationē ꝛ versus circūferentiā p rarefactionē. quarto in pulsu ꝛ tractu eo ꝙ sicut in celo ptes supio res vident̄ trahere inferiores: ꝛ ptes inferiores vidē tur pellere ptes supiores. ita ptes cordis seinuicē pel lunt qn̄ mouent̄ versus circūferentiā ꝛ seinuicē tra- hunt quando mouentur versus centrum ꝛ sic cor est principale principium organicum in motu animalis et primū viuens ꝛ vltimū moriens: ideo deus tanꝙ

dignius mēbrum querit ipm. Non simus igitur ob- stinati in peccatis nostris ne assimilemur populo is- rael quando obstinatus erat in peccato suo Ut ezechi lis. iij. omnis domus israel attrita fronte: ita pctōres postꝙ obstinati sunt in pctis suis attriti fronte sunt et duro corde: Unde ipsi sunt qui habent quasi cor la- pideum: ꝛ ideo non possunt sentire infirmitatē suam sicut demoniaci: sed dn̄s dicit ezechielis. xxviij. Auf feram a vobis cor lapideum ꝛ dabo vobis cor carneū molle ꝛ sensibile. Conuertamur ergo nos ad deum ne faciat nos secos oculis: sed faciat nos vidētes ma iestatem suam per peccati confessionē: per orōnem et gratiarū actionem: per predicationē ꝛ proximoꝝ edi- ficationē: ꝑ bonoꝝ proximoꝝ suoꝝ cōmendationē: qꝛ ista non potest homo a se habere nisi filius dei q̇ ēst vera sapiētia dei patris nos illuminet Ut faciamus demones tristes: ꝛ angelos bonos gaudentes ꝛ vt in fine possimus cum ipsis gaudere ꝛ habitare in regno celorum gaudeamus: quia dicit dn̄s mathei septo pe nitentiam agite: appropinquabit vobis regnum ce- lorum istud regnum concedat nobis xp̄s. ¶ Hec fi- li pro tua mediocri introductione satis esse videntur Tu hec interim digere ꝛ digesta memorie manda et cum voles habito: nisi quicꝙ de fascinatoribus tibi relictum est querendum.

¶ Andreas.

Nichil omnino abeo ꝗ que moues memorie manda re curabo.

¶ Simphorianus.

¶ Unum tantū in fine huius operis remanet gra/tias agere immēsas deo omīpotenti qui meam debi tam carinam undis fessam pellagiqꝫ fluctibus fati gatam quam submersurā dubitaueram incolumen ad portum salutis reduxit reductamqꝫ firmauit: sit igitur nomen eius benedictum ineternum. Amen.

¶ In omnibus que hic et alibi a me tractantur tm̄ assertum esse volo: q̄ptum ab ecclesia comprobatur.

¶ Finis.

¶ Impressum Lugduni per magistrū guillermum Balsarin. xx viij. die mensis augusti.